

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Ieiunium y
cum fonte primo

Ieiunium orationi deuotionem et fiduciam donat.

Oratio uirtutem impetrat ieiunandi,
et ieiunium gratiam meretur orandi.
Ieiunium orationem roborat,
oratio sanctificat ieiunium et representat Domino.

Ibidem (Bernardus sermone XXXVIII.).

Dicam nisi unum adhuc quod facile capiatis, saepius, fallor, experti:
ieiunium orationi deuotionem et fiduciam donat.

Et vide quemadmodum sibi invicem ieiunium et oratio socientur,
sicut scriptum est:

FRATER ADUIVANS FRATREM, AMBO CONSOLABUNTUR.

Oratio uirtutem impetrat ieiunandi,
et ieiunium gratiam promeretur orandi.

Ieiunium orationem roborat,
oratio sanctificat ieiunium et Domino repraesentat.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in quadragesima*, 4.2 (SBO 4,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.369, ll.1-6).